

**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio XXV. De adoratione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

13. ipse est Filius Dei, simili modo loquitur cap. 15. de prædestinatione sanctorum, & cap. vlt. de bono perfuerantia.

Verum quia August. in mysterio Incarnationis sæpe ut solet concreto pro abstracto, ut loco citato Enchiridij, cum homo non fuerit copulatus verbo Dei in unitate personæ, sed ipsa humanitas; item cap. 15. de prædestinatione sanctorum, ubi ait, hominem a sumptu à Dei verbo; minus efficaciter ex illo hac posterior sententia probatur ut etiam adiurit Vasquez. Adde ultimum testimonium sumptum ex cap. vlt. de bono perfuerantia ad rem non videri; quia aliud est hominem prædestinari ad dignitatem capituli, de quo agitur loco citato; aliud verò ad hoc ut sit Filius Dei, & prius potest esse verum posteriore existentia falso.

Idem sentiunt de hac propositione, Christus ut homo est prædestinatus ut sit Filius Dei naturalis. videri potest S. Tho. art. sequenti in corpore.

Verum licet nos possimus præscindere hunc hominem vel eum Christum ut hominem à determinata subsistencia, atque adeo concipere hunc hominem prius ratione quam concipiamus esse Filium Dei; id non videtur sufficere ut hic homo dicatur prædestinatus ut sit Filius Dei. Nam obiectum prædestinationis non solum à nobis, sed etiam à Deo debet sicut ratione præconcipi termino ad quem prædestinatur: quia, quando aliquid prædestinatur ad aliud tanquam ad terminum, ipsem prædestinatur debet præconcipere id quod prædestinat tanquam distinctum ab eo ad quod prædestinat, & ad quod ordinat. Porro Dominus Deus in Christo non præconcipit hunc hominem, neque abstrahit in hoc homine subsistentiam in confuso ab hac subsistencia, sed cognoscit determinatam subsistitiam; cum huiusmodi abstractio oriant ex imperfectione nostra, ex qua sit ut rem inadequatè concipere possimus; quod nullo modo potest Deo convenire, qui vnamquamque rem usque ad ultimum gradum determinatè cognoscit.

Vnde licet Deus cognoscat humanitatem Christi posse hanc vel illam subsistencia subsistere, cognoscat etiam futurum eundem hominem quacunque demum subsistencia subsisteret humanitas Christi; quia ramen non abstrahit subsistentiam in confuso à subsistencia per quam re ipsa subsistit Christi humanitas, sed illam ipsam determinatè cognoscit; non cognoscit prius ratione hunc hominem in Christo quam hypostasin Filii Dei, & proinde non videtur posse dici prædestinatus hunc hominem ut sit Filius Dei; quamvis nos simplici apprehensione possimus concipere hunc hominem tanquam prædestinatum ad esse Filij propter rationem secunda sententia.

Ex his concludo priorem sententiam videri probabilem.

ARTICULUS III.

Vtrum prædestinatio Christi sit nostra prædestinationis exemplar?

14. RESPONDET 1. non esse secundum ipsum actum prædestinationis, quia actus prædestinationis quem habuit Deus de Christo, non est causa ipsius actus quo nos prædestinat.

15. Respondebat 2. prædestinationem Christi constitutam quoad ipsum effectum, esse exemplar nostra prædestinationis, seu prædestinationem Christi, quia sumptum esse exemplar nostra prædestina-

tionis; quod etiam docent communiter Theologis & patet ex Apostolo ad Rom. 8. Quos præficiunt & Rem. 8, prædestinavit conformes fieri imagines Filij sui.

ARTICULUS IV.

Vtrum prædestinatione Christi sit causa nostra prædestinationis?

RESPONDET cum distinctione quam superiori art. usus est, scilicet prædestinationem Christi quantum ad ipsum actum prædestinationis non esse causam nostræ prædestinationis; prædestinationem verò consideratam quoad effectum esse causam nostræ prædestinationis. Ut autem patet ex textu intelligit de causa meritoria, videri potest Conc. Trid. scil. 6. cap. 7. & dicta q. 19.

Resp.

22. Sensus responsonis D. Thom.

QUÆSTIO XXV.

De adoratione Christi.

DUBIVM.

Quid sit adoratio.

DUBIVM hoc præmittitur ad communio rem dicendorum intelligentiam; ad quod breuiter

Respondeo adoracionem hoc vel simili modo posse describi; quod sit honor exhibitus in protestationem nostræ submissionis, & excellentiæ alterius. Qui enim alterum adorat, id facit ex quadam estimatione illius supra se, & ex affectu candem excellentiam protestandi, genuflectendo, caput aperiendo &c.

Controueritur autem num ad adoracionem propriè dictam requiratur aliquis actus externus corporis.

Affirmant aliqui, Vasq. lib. 1. de adoracione disp. 1. cap. 4. qui plures citat. Negant plures ab eodem relati cap. 2. item Suarez disp. 51. fest. 2. Lorca disp. 86. membro 3. Malerus de Mæstria tract. 10. cap. 1. dub. 3. qui censent adoracionem solis actibus internis exhiberi posse.

Quia sententia videtur verior; cum ex scriptura habcamus Angelos Deum adorare; nihil autem cogat adoracionem sumere impropriæ; igitur iuxta regulam receptionis interpretum scripture, debet sumi propriæ & proinde adoratio propriæ sumpta potest Angelis competere. 2. non videtur negandum quin Angeli possint veros humilitatis actus exercere; igitur & adoracionis, cum actus qui sunt humilitatis, possint esse adoracionis ex sola diuersitate modi ex quo procedunt.

Et licet non omnes actus interni videantur apti ut in iis adoracionis ratio inueniatur, ut opinetur notat Lorca supra; nihilominus non videtur impossibile quod minus dentur aliqua signa proportionata natura angelica, quibus Deum adorent; quamvis huiusmodi signa eorumque natura in particulari nobis sint ignota.

Quia excellentia propter quam aliquid honoratur & adoratur est varia, scilicet diuina & increata; item crea, eaque vel supernaturalis ratione donorum supernaturalium ut gratia, gloria, doni prophetia, &c; vel naturalis, ratione perfectionis cuiusdam naturalis, scientie, prudentie, potestatis cuiusdam civilis, &c. fit ut adoratio non sit vnius & eiusdem rationis; sed alia tribuatur Deo, pro-

Descriptio adoratio- nis.

Vasquez
Suarez
Lorca
Maler.

Non om- nes actus interni vi- deantur apti ut in iis ra- tio adora- tionis in- veniatur.

Varia ado- rationis species.

pter

pter infinitam eius excellentiam; alia tribuatur Angelis & hominibus, propter dona supernaturalia; alia Regibus, Magistratibus, viris doctis, &c. propter perfectiones naturales.

Nam cultus Deo debitus & adoratio quæ ei exhibetur, ex vñ Scholasticorum dicitur latræ. Cultus qui exhibetur propter perfectiones creatas supernaturales, generali nomine vocatur à Scholasticis dulia; estque species obseruantia. Propter perfectiones naturales exhibetur ciuiliis cultus, qui ad obseruantiam politicam pertinet. Ex quibus patet non solum Deum posse honorari, de quo tam latius in sequentibus.

Notandum i. excellentiam non tantum esse causam propter quam possit adorari id quod huiusmodi excellentiam in se formaliter continet, sed posse etiam esse causam adorandi id quod illam aliquo modo respicit. vnde adoratio alia dicitur absoluta; alia respectuua.

Notandum 2. Deum summo genere adoratio-
nis esse colendum, neque cultum & adorationem
illi debitam posse communicari vili creature; quod
apud omnes est indubitatum: cum enim sit adoran-
dus propter infinitam suam excellentiam, qua nul-
li alteri est communicabilis, constat cultum latræ
nulli alteri posse deferri. Ut autem patet ex ratione
facta, non debetur Deo cultus distinctus propter
diverfa eius beneficia vel attributa; cum non tri-
buerat nisi ratione infinita excellentia simpliciter
& quæ est vnicæ, & quæ saltem debet apprehendendi
simpliciter ut Deus adoretur.

Externa signa quibus aliquem adoramus, non sunt ex rei natura determinata; sed varia esse possunt, ut patet ex Scriptura & vsu gentium; solemus enim aliquem interdum honore ac apertione capit, genitflexione, corporis demissione, osculo manus vel propria vel alterius &c. vnde nisi apud aliquam gentem signa determinata sint assumpta ad cultum alteri deferendum, omnibus illis modis possumus aliquem adorare. Dixi nisi apud aliquam gentem &c. quia cum per adorationem velutius alium honorare & nos illi submittere, pendeat autem ex instituto quibus a cibis alium censeamur honora-re; constat rem publicam posse praescribere signa, quibus alium adoremus; quia constitutione pofta, non erit liberum cuilibet particulari alia signa adhibere saltē in publico: quia huiusmodi signa in tale republica non possunt censer signa submissionis sui & testimonium excellentiae alterius. Quod dicendum est de republica, longe potiori iure dicendum est de Deo; posse scilicet determinare signa quibus adoretur. vbi

Adverte cum externa signa non sint ex se & natura sua determinata ullum cultum in particulari, debere spectari ex affectu exhibentis nam signa ciuius latrie vel dulcie, vel alterius, vel etiam an siue irrisio. Eadem enim genuflexio Deo exhibita ex affectu ciuius qui huiusmodi signum exhibet est adoratio latrie; si exhibeat B. Petrus, est adoratio dulcie; exhibita regi, est signum obseruantiae ciuium & politice. Posunt tamen exterius ex circumstantiis interdum dignificari esse signa huius vel illius cultus, vel etiam irrisio; ut patet in genuflexione militum, qui Marci 15. dicuntur positio genibus Christum adorare.

Non solum signa sunt ex se indifferēta ad quod
uis genus cultus; sed etiam ipsum nomen adorati-
nis, quod non solum sumitūr pro veneratione qua-
Deo exhibetur, sed est generale, ex sua institutione
significans quamcūque venerationem exhibitam.

alteri in signum submissionis, unde non statim ut
in Scripturā, vel etiam in ecclesiastico scriptore le-
gitimū nomen adoratiōis, concludi debet agi de
cultu exhibito Deo, vel etiam in deo religioso, &
multō minus si illud nomen vñspetur a profano
scriptore, sed ex varijs circumstantijs est confide-
randū. Et quidem nomen adoratiōis in Scriptu-
ra interdum sumi pro cultu Deo exhibito notius
est, quām vt pluribus probari debet; ita sumi
Ex. 20. Non adoratis eā. Matth. 4. Dein sumi ad-
oratiōis & illi soli seruēs. Ieann. 4. vēni hora & man-
eſt quando veri adoratores adoratiōi Patrem sp̄iū
& veritati. ibi enim agitur de adoratiōne per sacri-
ficiū, quod vñtioe soli Deo potest exhiberi. Sumi
etiam pro cultu viris sanctis exhibito, patet ex Act.
10. vbi Cornelius procidens ad pedes Petri adorā-
uit eum. sumi pro cultu politico Gen. 23. vbi di-
citur quod Abraham adorauerit filios Heth. cap.
33. Jacob adorauit fratrem suum Esau 3. Reg. 1.
Bethabēc adorauit Danid & alibi. Generalia
etiam sunt Hebrae πατέρων & λαβανών & λαβανών
Καβαδsimiliter & Gr̄ca πατέρων & δακέλεων. quām
Ecclesiasticorum scriptorum vñl. xlii. in accipiatur
pro cultu diuino, seu qui soli Deo exhibetur: &
vñl. verò accipiatur pro cultu qui exhibetur san-
ctis.

ARTICVLVS I.

Vtrum una & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi & eius humanitas?

RESPONDET vnicam esse adorationem ex Ref. 8.
parte eius qui adoratur; ex parte tamen cau-
sa, post dicti plures adorations. Senfus
posicio-
D. Th.
Catech.

Vult docere quod licet sint plures causae ado-
randi Christum, sit tamen vna persona qua ador-
atur: quod probat in fine corporis ex canone 8. Con-
cilij primi Ephesini, vbi dicitur: *Si quis audierit dicere*
assumptum heminum coadordanum Deo Verbo &c. quasi
alterum cum aliis, & non potius una supplicatione ve-
neratur Emmanuelista, ita quod Verbum eao factum est
anathema sit, idque est de fide contra Nestorium,
qui duas in Christo constituebat personas.

ARTICVLVS II.

*Vtrum humanitas Christi adoranda sit
adoratione Latriæ?*

SVPPONIT ex articulo precedentio adoratio
nem propriè exhiberi subsistenti; partes vero
vel naturas, ut sunt aliquid ipsius subsistenti seu
suppositi, non adorari per se, ea non adorari se-
cundum se, sed coadörari dum adoratur supposi-
tum cuius sunt partes vel natura: v. g. dum adora-
tur homo, coadöratur corpus, similiter & anima;
qua secundum se non adorantur. Quamvis autem
aliquid non subsistens non adoretur per se, potest
tamen alteri esse ratio cur adoretur, hoc prämisso

Responder 1. si humanitas sit obiectum adorationis quod cum Verbo adoratur, eam effec-
dam adoratione Latria, ea nimis quā ipsū Ver-
bum adoratur, cui coadoratur humanitas tanquam
illius natura. Prob. ex Damasc. lib. 4. de fide cap. 2. Damasc.
Responder 2. si consideretur ut ratio adorandi,
c. 1. Ref.

Reponet 2. si consideret utrum
eam non esse adorandam adoratio latrīa, seu
Christum non esse adorandum latrīa ratione hu-
manitatis ornata omni genere gratiarum, sed du-
lia. Vnde in fine corporis dicit, *in scilicet quod una*

¶ eadem per sona Christi adoratur adoratione latræ propter suam diuinatatem, & adoratio duliæ propter per-
fectionem humanitatis.

D V B I V M I.

De adoratione latræ Christo debita.

CONSTAT naturam diuinam in Christo debere adorari latræ, & per consequens Christum ut Deum latræ adorandum. Quæstio verò est num etiam in natura humana sit latræ adorandum.

Dico 1. Christus homo eadē latræ est adorandum quia Christus Deus, est de fide ex Concilio Ephesino can. 8. *Siquis audet dicere assumptum hominem co-adorandum Deo Verbo & conglorificandum & nuncupan- dum. Denique etiam alterum cum altero &c. ac non po- nibus una supplicatione veneratur Emmanuel, & namque a glorificatione dependit iuxta quod Verbum caro sa- tum est, anathema sit. & ex Concilio generali 5. can. 9. Si quis adorari in duabus naturis dicit Christum, ex quo duæ adorations introducuntur, semotim Dei Verbo & semotum hominem, &c. sed non una adoratio Deum Ver- buum incarnatum cum eius carne adorat, iuxta quod san- tie Dei Ecclesiæ ab initio tradidit est, talis anathema sit.* videri etiam potest Trid. sess. 13. can. 6.

Ex primis definitionibus patet vna adoratio Christo impendendâ, ita ut homo non solùm sit coadorandus, id est tanquam persona distincta adorandus cum Filio Dei, sed etiam ut latræ quæ impenditur Filio Dei impendatur filio hominis, cum sit vna eademque persona idque volunt Concilia contra Nestorium, qui concedebat hominem coadorari vna cum Verbo, id est quando adoratur Filius Dei, adorari etiam filium hominis propter habitationem Filii Dei in homine, distinctâ tamen adorazione.

Cum dicimus Christum hominē adorari eadē latræ quia adoratur Christus Deus, non volumus significare humanitatem illi esse causam & rationē ob quam huiusmodi adoratio ei impendatur; cum latræ cōfert solam infinitam & creatam excellen- tiam esse rationem propter quam aliqui deferatur cultus latræ, sed hæc loquendi formâ solùm volumus significare, quod etiam in humanitate subsi- stens latræ sit adorandus, cum etiam subsistens in humanitate sit verus Deus.

Dico 2. eadē adoratio latræ simul cum Verbo adoranda est Christi humanitas. Ita docet S. Thos his articulis, vbi Caius & communiter Theologi tam antiqui quam recētiores, paucis exceptis. Et patet ex can. 9. Concilij 5. generali citati; & postea docent Patres. Athan. lib. de Incarnatione Christi: *quia increati corpus factum est, ideo eius cor- pus dicitur causa factum est; ac proinde illi sacra offeritis, adhucque vobis adorandum, & quæ de causa rite legimus adoratur, & diuina adoratio colitur.* Epiphanius in anacorato notabiliter ante medium; adorans saluatorum incorporatum aut non adorans & c. ecclesiam creaturam adorans ipsum corpus. Ingens autem est causa carum qui talia dicuntur: non rex purpura induitus sed omnibus adoratur; nequid ergo purpura adoratur aut rex & manifestum est quod rex coadoratur autem cum ipso etiam purpura quam gestat. Theodoretus in cap. I. ad Ephes. explicans illud, secundum operationem potentie, &c. ait: *quod sumptuæ ex nobis natura cōsiderat honoris cum eo quod sumptuæ sit participes, ut nulla videatur esse adoratio differentia, & hoc verò omne miraculum superat.* Dam. lib. 3. de fide cap. 8. vnu est Christus, Deus perfec- tus, & perfectus homo; quem adoramus cum Pare & Spiritu vna adoratio cum immaculata carne eius, neque adorabiles carnem esse dicimus; nam adoratur in vna

Verbi hypotesi. videri potest libro 4. cap. 2. Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto cap. 12. dicit Ambros. Angelos non solum diuinatatem sed etiam stabellum pedum eius adorare, per quod intelligit humanitatem Verbo vnitam. quemadmodum & plures alij Patres explicant. August. serm. 58. de verbis Domini, sed August. illi replicant & dicent: *quid, quod carnem eius quam creatus esse non negas simul cum diuinitate adorans? & ei non minus quam diuinitati deversis? Respondet: ego dominum carnem in perfec- tione in Christo humanitatem propterea adoro, quod à diuinitate suscep- ta, atque de- tati vnitam est. Plures ab alijs citatos prætereo consiliia docentes.*

Ex quibus deducitur illam sententiam ita videri certam, ut contraria nullo modo possit censeri probabilis; cum Concilia & Patres non tantum vident esse vnam personam in Christo quæ adoratur latræ, sed etiam carnem, corpus, humanitatem vna cum diuinitate adorari, coadorari, camque comparent purpura quæ etiam adoratur cum adoratur rex: comparent etiam throno regio.

Conf. ex eo quod humanitas dicatur sedere ad dexteram Patris, id est, habere gloriam diuinitatis, vt ait Dam. lib. 4. de fide cap. 2.

Huius rei ratio optima est quam indicat Patres: quando adoratur persona, coadoratur ea quæ illam personam afficiunt; vnde quando Christus adoratur latræ propter infinitam dignitatem naturæ diuinæ quæ in illo reperitur, concomitante adoratur humanitas illi coniuncta.

Vt verò patet ex dictis, in hac adoratione humanitas non est terminus primarius qui in se habeat excellentiam propter quam ei tribuatur adoratio, sed est coniuncta illi termino, & cum illo colitur seu coadoratur; & quod cultus latræ persona Christi exhibitus, concomitante comprehendat id totum quod in Christo reperitur, quamvis ratione excellentia diuina; quemadmodum partes coadorantur quando adoratur totum.

Hunc modum adorationis aliqui vocant per accidens, quia videlicet res non adoratur ratione suæ excellentiæ, neque eo cultu colitur per se seorsim sumptuæ; sed coniuncta alteri, cuius excellentia illi est causa propter quam adoretur cum re huiusmodi excellentiam habente. Alij vocant adorari concomitante & per aliud.

Ex quibus faciliter patet responsio ad varia quæ possunt obici: nam dicimus communis illi dicto Scholasticorum & communis illa loquendi forma non designari, humanitatem esse id quod colitur ut Deus, neque id quod propter intrinsecam suam excellentiam latræ adoratur; sed quod propter coniunctionem cum diuinitate, quæ per se latræ adoratur, coadoretur, & ita ut affectus primò respiciat diuinitatem & personam cui inest diuinitas, & ex consequenti humanitatem illi coniunctam.

Ex his deducitur Christum & hominem latræ adorari, si particulariter, ut hominem, non sumatur reduplicatio designans rationem & causam propter quam cultus latræ ei exhibetur, sed sumatur specificatio designans solum naturam in qua tali adorazione colitur.

D V B I V M II.

Vtrum Christo alia adoratio possit exhiberi?

Suppono 1. in Christo non solùm inueniri naturam diuinam, sed etiam humanam, camque esse ornatum omni dono supernaturali non repugnanti statui beatifico & fini Incarnationis: vnde predicta est lumine gloriæ, gratiâ habituali, charitate & simili-

Contraria
sensentia.
nullo mo-
do proba-
bilis.

Dam. lib.

Ratio con-
clusionis.

Humanitas
tantu co-
adoratur.

14.

15.

& similibus ornamentis supernaturalibus propter quæ summa habet excellentiam & dignitatem in suo genere. Eadem maximam excellentiam sortitur ratione unionis sui cù Verbo & cù natura diuina, cùm inde factum sit ut ad esse personale Verbi euerheretur, & modo ita sublimi copularetur natura diuina, ut excellentior cogitari nequeat.

Sæsus questionis.

16.

Huiusmodi adoratio in Ecclesia non est in vnu.

Pecurit num rarioe huiusmodi perfectionum quas in se habet natura humana Christi, & Christus in & ratione naturæ humanae, is coli possit adoratione distincta ab adoratione latræ, de qua superiori dubio.

Suppono 2. huiusmodi adorationem non esse in vnu in Ecclesia: & merito; quia si passim exhibetur, facile posset in animis fidelium refuscitari & fouveri error Nestori assertus duas in Christo esse personas. Adde quod quando in vno & eodem plures sunt tituli honoris, v.g. Regis & Comitis, non soleat ei exhiberi honor ex inferiori titulo cœveniens, sed is qui est proportionatus supremæ eius dignitati & excellentiæ: cum ergo in Christo sit titulus longè eminentior quam sint tituli paulo ante enumerati, merito non soleat adorari inferiori adoratione quam sit latræ; & proinde licet talis adoratio posset quantum est ex rei natura exhiberi, tamen ab ea est abstinentem saltem in publico, ne simplicibus præbeatur scandalum & ingeneretur opinio quod adorans, duas agnoscat in Christo personas. Iis tamen sepositis pertinet quid per se loquendo fieri possit. qua in re duplex est sententia.

17.

Duæ sententiæ de questione Negat Vajq. Lorca.

D. Thom. affirmit.

Prior negat; quam tenet Vasquez disp. 96. cap. 4. pro qua plures citat; licet enim solum videatur agere de humanitate præcisè sumpta, nihilominus totus discursus illius & rationes locum etiam habent in adoratione qua possit exhiberi Christo ratione humanitatis & donorum illius. Tenet etiam Lorca disp. 89. concl. 1. cuius tamen rationes non multum virgent.

Posterior affirmit. Tenet S. Th. art. 1. in corpore cum dicit: honor est reverentia aliqui exhibita propter sui reverentiam. & ideo si in uno homine sunt plures causæ honoris (puta preclaros scientiam & virtus) erit quid illius hominis unus honor ex parte eius qui honoratur; plures tamen secundum causas honoris. homo enim est qui honoratur & propter scientiam & propter virtutem. Si ergo cum in Christo sit tantum una per sona diuina & humanæ naturæ, & etiam una hypostasis & unum suppositum, est quidem eius una adoratio & unus honor ex parte eius qui honoratur: sed ex parte eius quod honoratur, possunt dici esse plures adorationes, ut scilicet alio honore honoretur propter sapientiam increataam, & alio propter sapientiam creatam.

Durand. Caet. Suarez.

Tenet etiam Dur. dist. 9. q. 3. Caet. hic Suarez disp. 53. sect. 2. concl. 2. & 3. Possunt etiam sicutari pro ea auctores, qui tenent Christi humanitatem posse adorari non tantum concomitante modo expicato superiori dubio, sed etiam per se, vt Scotus dist. 9. q. vñca. s. quantum ad ipsum articulum, & plures alii. si enim humanitas possit iuxta illos per se tanquam terminus adorari, poterit etiam Christus tali naturæ prædictus.

Affirmat probabilius. Prob.

Instantia.

Hæc sententia videtur probabilius; quam optimè probat S. Thom. paulo ante relatus. Vnaquæque enim excellentia potest esse aliqui ratio cui honor illi possit exhiberi; cum ergo in Christo inueniantur excellentiae de quibus actum est suppositione priore, potest quantum est ex rei naturæ propter illas honorari & adorari.

Dices id solum videri verum, quando in aliquo non inuenitur sublimior aliqua ratio adorationis;

Si enim inueniatur, potius videbitur irrisio adorare propter inferiorum rationem & inferiorum cultu, ut patet in eo qui Regē, qui simul esset Comes, adoraret non adquatè sua dignitati, compellando cum Illustrissimum Comitem.

Resp. neg. aslumptum, pro quo

Notandum adorationem præsupponere actum intellectus quo excellentia in altero apprehendatur, quæ apprehensio obiectu non semper adquatur perfectioni eius qui adoratur prout est à parte rei; potest ergo ex tali apprehensione sequi motus adorationis illi proportionatus, idque absque iniuria eius qui adoratur; cùm neque per huiusmodi apprehensionem, neque per motum adorationis subsequentem censeat aliquis nullum alium titulum adorationis inueniri in eo qui adoratur, sed ab eo praescindat.

Confit. exemplo adorationis quæ deferri potest Confim. B. Virginis, quia fuit humillima, quia est ornata maximâ gratiâ habituali, & sub Deo sanctissima, quia in gloria omnes Angelos superat: nullus enim potest merito reprehendi qui propter hos & similes titulos adoraret B. Virginem, non considerando in ea matris dignitatem, cum tamen ille titulus communis sensu sit longè altior quam præcedentes.

Ad exemplum Regis qui existimaret sibi fieri in iuriâ si adoraret solum ut Comes, Resp. id non nullus ex conuincere; quia homines non tam spectant quid ex rei natura fieri possit, quam quid communis hominum vnu fieri soleat & debeat: vnde si secus fieri consent se non tam honorari quam cōtemni: Christus vero optimè nouit distinguere titulos quibus circa contemptum adoratio potest sibi impendi.

Cum per adorationem hanc Christus non adoretur propter excellentiam sua diuinitatis & personalitatis, sed propter aliam; patet hanc adorationem non esse cultum latræ, sed quendam inferiorem, etiam eam quâ adoratur propter excellentiam quam eius humanitas fortiter ex vnoione sui cum Verbo & diuinitate: quamvis enim huiusmodi excellentia in genere moris sit longè sublimior & altioris ordinis quam sit excellentia proueniens ex gratia habituali, lumine gloria & similibus donis, non tamen est formaliter infinita, licet intimum ordinem dicat ad excellentiam infinitam, non in diuinam; & ita hic cultus aliquo modo dici possit diuinam excellentiam respicere.

Ex quo deducitur quod non solum dicatur inferior quod sit minoris perfectionis intensius intra eandem speciem, sed quod sit inferioris speciei quam sit latræ. Deo debita ratione infinita excellētia ipsi formaliter intrinsecè, quia excellētia increata longè alter monet ad adorandum id cuius inest intrinsecè, quam ad colendum id quod solum afficit etiam per vnonem substantialem.

Confit. ratione excellentia infinita formaliter Deo inexistens cum colimus tanquam omnium dominum & fontem omnis esse; quâ ratione non colimus Christum propter excellentiam humanitatis ex vnoione cum Verbo proueniens; ergo diuersus modus communicaendi multum potest facere ad diuersitatem cultus, licet ultimæ sit eadē perfectio, & excellentia propter quam cultus defiri videatur. Quod etiam videtur ostendit à similitudinem in actibus amoris Dei super omnia propter infinitam proximi propter eandem bonitatem. Dei extrinsecè proximum afficit; qui actus videntur omnino species differre: quod ex eo potest colligi quod prior sic appretiatu sūmus & iustificet, posterior nō item.

Adverte

Adiuuere tamen hanc venerationem videri pro-
cedere ab habitu religionis; nam religio qua pri-
mariò nos inclinat ad cultum Deo tribuendū pro-
pter infinitam ipsius excellentiam, potest etiā nos
inclinare ad colendum id quod huiusmodi excel-
lentiam respicit, & aliquo modo ab illa afficitur:
cum ergo humanitas Christi, ratione vnonis sub-
stantialis cum Verbo, intimè respiciat excellētiam
increatam, & ex eo capite Christus reddatur ho-
nore dignus, virtus religionis videtur inclinare ad
honorē illi sub hac ratione tribuendum.

Hunc cultum quidam vocant latrām inferio-
rem; alijs hyperduliam. Quidquid sit de modo lo-
quendi, videtur specie differre à cultu qui tribuitur
Deo & Christo proper diu. Nam excellentiam, vt
ex iam dictis patet. Differt etiam à cultu qui potest
eidem exhiberi proper gratiam habitualem & simili-
tudinem dona supernaturalia: cùm hic cultus habeat
rationem formalem obiectuam toto ordine diffe-
rentem & longè sublimiorē quā sit gratia ha-
bitualem & confimiliā dona creata à quibus Chri-
sti anima dicitur sancta: quānus vterque cultus
generali ratione vocetur hyperdulia.

Ex his obiter intelligetur cultum qui defertur B.
Virginis: eo quod sit mater Dei, seu ratione digni-
tatis matris, specie differre ab adoratione, qua ei-
dem tribuitur proper gratiam habitualem & simili-
tudinem dona, quibus ornata; quia prior cultus est
longè sublimior & eminentior, vtpote fundatus in
ratione obiectuā & dignitate moraliter infinita,
quānus vtrq; adoratio possit vocari hyperdulia.

Contra dicta potest obieci quod ea videantur
repugnare Concilijs & Patribus superiori dubio
citatim.

Relp, negatiū: si quis enim attente consideret,
facile perpicet Concilia solum voluisse agere cō-
tra Nestorium, & iuxta sensum eiusdem negasse
plures adorationes posse Christo exhiberi, cūcīcet
cum suppositorum distinctione; similiter negasse
vulnib; propter inūsūbilem adorari, scilicet qua-
si esset diueritas suppositorum, & singula suis
propriis adorationibus colerentur.

Conf. Conc. Ephesinum damnat eum qui dicit
allumpum hominem coadordanum Deo Verbo,
cū tamen humanitas secundum Epiphanium pos-
sit coadorari; igitur signum est Concilium alter
sumpliciter verbum, coadorari, pro eo scilicet quod
est simul quidē adorari, diuerlo tamen cultu tan-
quam per sonam distinctionem. Idem volunt cū ne-
gant in duabus naturis duas adorationes adhiben-
t, solum enim videntur negare duas adorationes
que exhibeantur naturis tanquam seorsim existen-
tibus in eorum natura; nec aliud videntur velle va-
tio illo modo loquendi, & idem inculcandi: modū
vero adorationis de quo presenti dubio agimus nō
attigerunt vel negarunt, tanquam ad rem suā nihil
faciēt, & nihil spectantem ad questionē fidei.

Et quānus ita afferant vnam adorationē Christo
exhibendam, vt conlantur negent duas exhiben-
tias, nihil obstat; quia vt iam diximus semper a-
gunt contra prædictos hæreticos, contra quos vo-
lunt definire Christum vnam adoratione latræ ado-
randam, quā adoratione concomitante adoretur
humanitas; ita nimis rūtū vt Christus non possit in
duas personas diuidi propter diuersas adorationes;
quod nullo modo sequitur ex modo adorationis
de quo in presenti dubio actum est.

Idem etiam potest responderi ad Patres qui
contrarium videntur docere. Potest etiam dici Pa-
tres docere vnam adorationem Christo exhiben-

dam, quia agunt de eo quod spectato vnu communi
debet fieri. Notauimus autem suprà modum ado-
rationis hoc dubio propōsū non esse vñitatum,
nec ita decenter adhiberi posse.

D V B I V M III.

Vtrum humanitas præcisē considerata pos-
sit coli titulis in dubio superiori recensius?

SUPERIORI dubio diximus probabile esse Chri-
stum posse adorari, non solum propter infinitam
excellētiam diuinæ nature ipsi intrinsecè cō-
ueniētē, sed etiam ratione humanitatis tum vni-
tate Verbo, tum gratiā habituā & similibus donis
ornat; ita vt illæ excellētias sint ratio adorationis.
Præfenti dubio inquirimus an non solum supposi-
tum ita possit adorari, verū etiam ipsa humani-
tas, ita vt sit terminus per se adorationis & res per
se adorata.

Id in terminis negat Vafq. disp. 96. citatā cap. 4. Negat
qui plures refert, & videtur confentire S. Th. art. 1. Vafq.
& 2. in corpore, qui censet honorem adorationis
propriè debet hypostasi subsistēti: & art. 2. ref-
ponſione ad 1. explicat glossam quæ videtur contra-
rium sentire, quod non sit ita intelligenda quæ fe-
orū adoretur caro Christi ab eius diuinitate, hoc
enim contingere solum hoc modo si effet alia hy-
postasis Dei & hominis, tenet etiam Caiet. art. 1.
§. circa primam distinctionem.

Affirmat Scotus citatus dubio superiori. Suarez
disp. 53, sec̄t. 3. Lorca disp. 89. num. 12. & alij. Que
sentētia videtur probabilior, pro cuius probatione
Nonandum adorationem & motu submissio-
nis oriri ex actu intellectus quo res concipiatur pre-
dicta aliquā excellētia, & propterea digna adoratio-
nes intellectus verò non solum potest indicare sup-
posita seu personas prædictas excellentia, se etiam
potest conceptu præcisuo apprehendere naturas
secundum se; item apprehendere illas varijs donis
ornatas, & propterea honore dignas. Poterit ergo
voluntas in illas ita consideratas ferri, motu sub-
missionis & exteriora submissioñis signa impera-
re: non ergo repugnat humanitatem Christi ap-
prehendi abstracte à supposito, & illi ita concep-
tus adorationis exhiberi, ita vt sit materia cir-
ca quam versatur adoratio & illius terminus per
se.

Neque id videtur velle negare S. Thom. sed Explicatur
solum docere propriam & vñitatem adorationem D. Thom.
dirigēdām esse ad personam tanquam ad terminum
non ita verò vñitatem ad naturam. Vnde simi-
liter dicimus, quod licet hic modus adorationis
non sit vñitatus, non videatur tamen ex rei natura
repugnare.

Porr̄ h̄c applicari possunt dicta superiori dubio, cūcīcet humanitatem conceptam cum vniōne
hypostatica adorantem hyperduliam, & cultu infe-
riore quam sit latrā strictè lūmpa, qui tamen cul-
tus procedat à virtute religionis, cūm exhibetur
propter excellentiam immediate respicientem di-
uinitatem & dignitatem increatam vt terminum.
Conceptam vero vt ornatam gratiā; &c. adoran-
dam cultū aliquo inferiore, qui sit eiusdem speciei
cum cultu qui sanctis exhibetur, cūm tribuatur
propter confimiles rationes; vocari tamen possit
hyperdulia, quia exhibetur propter eximia huma-
nitas dona.

Contra resolutionē, præter argumentū superiori
P dubio

25.

26.

27.

Aliā hyper-
dulia ado-
ratur hu-
manitas
propter v-
nonem, aliā
propria
gratiam ad
dona.

Obiectio i.

Resp.	dubio factum, Vasquez disp. citata cap. 6. obij cit. 1. plures Patres.	serm. 1. de sanctis Petro & Paulo. Damasc. lib. 4. de fide cap. 16. & 17. & innumeris alijs. plures vide cito. Damasc.
28.	Verum si attente considerentur, facilè aduertetur nihil contra nos facere. Aliqui enim videntur yelle id quod diximus contra Nestorium, scilicet non posse adorari humanitatem seorsim à Verbo existentem, & tanquam naturam suppositi distin- cti à Verbo. Aliqui afferunt quidem humanitatem sedere ad dexteram Patris & participem esse eiusdem gloriae & honoris, non tamen negant modum adoracionis à nobis relatum. 3. aliqui simpli- citer pronuntiant vnam adoracionem exhiben- dā humanitati propter diuinitatem, quia vnu com- muni non decet aliter fieri, ut etiam notauius.	Patet 4. exemplis scripturæ. Iosue adorauit an- gelum, vt patet Iosue 5. 1. Reg. 28. Saul adorauit 10f. 5. Samuel, cùm ei post mortem apparuit. 3. Reg. 18. 1. Reg. 18. Abdias adorauit Eliam, & plures alij adorauerunt tum angelos tum alios sanctitatem præditos: quos tamen scriptura nūquam reprehendit, absq; du- biu reprehensura si cultus & adoratio huiusmodi essent illicita.
Obiectio 2. ex ratione.	Obijcit. 2. cap. 3. §. ad eam verò premittendum, quod quando humanitas adoratur propter vnu- nem sui cum natura diuina, adoratur quia sanctifi- cata deitate; ergo deitas debet adorari; & igitur eo casu non adoratur alia adoratione quam latræ, de qua dubio 1. Antecedens prob. natura humana in Christo vñcta est diuinitate tanquam oleo, & à diuinitate tanquam à causa formaliter oritur illa de- nominatio sanctitatis in humanitate. Conseq. ve- ro prob. si humanitas adoratur quia sanctificata, adoratio terminatur ad hunc effectum formalem; ergo etiam comprehendit causam formalem, scilicet deitatem sicut in tali casu proposito deitas debet adorari, quemadmodum si iustitia esset ca- pax adoracionis, qui adoraret hominem iustum seu propter iustitiam, ipsam quoque iustitiam adoraret.	5. Idem patet ratione: vnicuique potest tribui cultus propter excellentiam, cùm ergo in sanctis re- periatur maxima excellentia, per quam nobis sunt su- periores, possumus eis in interiori affectu honoris signa exhibere, quibus nos illis submittamus, & proinde possumus illos honorare.
Resp. 1.	Resp. ad antecedens in figura negatiæ; nam im- media ratio propter quam adoratur, est ipsa v- nio, licet quia ipsam vni immediatum ordinem dicit ad Verbum diuinum & diuinitatem, in tali adoratione habeatur respectus ad diuinitatem; nde neglecto antecedente.	Cùm verò eorum excellentia sit longè sublimioris rationis quam excellentia qua oritur ex donis naturalibus & aliqua naturali perfectione; sequi- tur cultum illis solitum exhiberi non esse cultum ciuilem & cuiusdam ciuilis obseruantæ, sed esse longè excellentiorem & procedere à virtute diuinæ et ab obseruantia politica; etiam in inferiori cultu latræ, seu eo qui tribuitur Deo propter in- finitam eius excellentiam. Est ergo cultus sacer qui in sanctis respicit excellentiam supernaturæ crea- tam propter quam adorantur, et que inferior cultu diuino, superior politico; qui non procedit à virtute religiosæ, sed ab aliqua inferiore subor- dinata religioni; quemadmodum & ipsa obiecta inter se aliquo modo subordinantur.
29.	Resp. 2. negando priorem consequentiam; ad cuius probationem dico, adoracionem nō necessari- o terminari ad totum compostum ex re que dici- tur adorari & causa propter quam adoratur: non inquam necessariò ad totum terminari tanquam ad rem adoratam, seu materia adoracionis, sed pos- se respicere id quod afficitur tanquam obiectum quod adoracionis; ipsam verò formam, tanquam rationem propter quam alterum adoratur; licet non sit terminus in quem feratur adoratio.	Aduerte tamen hunc cultum interdum vocari religiosum, quia differt à politico principibus ex- hiberi solito, & est sacer; itē quia rebus sacris ma- xime peragitur; 3. quia ratione quādam peculiari cedit in Dei laude & gloriam vt docent varijs Pa- tres 4. adde excellentiam propter quam hic cultus desertur, esse participationem quandam pecula- tum diuinæ excellentiæ, ob quam eximio quādam modo dicuntur filii & amici Dei.
30.	Eustathius & Vigilantius non vi- dentur ex prelise negare, san- ctos esse adorandos.	Ex his patet solutio fundamenti hereticorum, qui docent, solum posse esse cultum duplicitis gene- ris, scilicet religiosum, quo Deus colitur; & ciuilem seu ciuilis obseruantæ. Nam ex dictis patet dari tertium quendam medium, quem Scholastici distinctionis causa vocant cultum dulicem seu du- liam, per hoc intelligentes honorariam ferunt ut in inferiori latræ.
Nicleſtia.	De fide effi- posse liciti- tē adorari. 7. Synod. Tridem.	De hac inferiori adoratione intelliguntur Patres cūm docent sanctos esse adorandos; quibus nō re- pugnant alijs, qui id videntur negare, nam posterio- res non intendunt negare posse sanctis exhiberi a- doracionem eamque ciuili superiori; sed solum volunt non posse illis exhiberi perfectissimam, quæ soli Deo debetur; quod est obseruandum ad conciliandam varia tum scriptura tum Patrum loca.
Hieron. August.	30. De fide effi- posse liciti- tē adorari. 7. Synod. Tridem.	Ex dictis his dubijs facile patet 1. B. V. deberi cultum & adoracionem plus quam ciuilem, & qui- dem adorandam cultu eiusdem speciei cum ad- oratione qua sanctis exhibetur, si spectentur dona eius supernaturalia, gratia, gloria; quamvis etiam propter illa dicitur colenda hyperdulia, non quod cultus diversa speciei illi debetur propter doma huiusmodi, sed quod illi debetur eximius intra il- lam speciem, eō quod dona gratiae & gloria in B. Virgine sint eximia.
		Quod si in eadē B. Virgine consideretur dignitas matris, est colenda hyperdulia distinctæ speciei;

cum illa ratio matris Dei sit ratio toto genere di-
finita & longe sublimior quam sint illa dona
creata.

Patet 2. non tantum sanctos cum Christo re-
gnantes posse sacro cultu adorari, sed etiam eos qui
nobiscum in terris degunt quos possumus venera-
ri propter sanctitatem & alias rationes supernatu-
rales. Patet exemplo Abdia qui adorauit Elizam;
item exemplo filiorum prophetarum qui adorau-
erunt Eliseum 4. Reg. 2. quia intellexerunt spiri-
tum Eliz super eum requieuisse. Quanquam cul-
tus solius exhiberi defunctis soleat esse longe fer-
uentior & submissior, cum hi sint Deo infestabili-
ter conuenient.

Contra resolutionem Odisicitur 1. Deut. 6. dicitur: *Ieronimus Domum tuum timebis, & illi soli seruies. vbi particula, sinebus sumi pro adorabis*, patet ex Matth. 4. vbi diabolus petenti a Christo adorationem, ref-
pondit Christus scriptum est: *Domini Deum tuum adorabis & illi soli seruies*; igitur non licet sanctos a-
dorare. Conf. loco Matth. citato diabolus videtur
tantum communem quandam adorationem & ge-
nuflexionem petiisse *et genuvor*, & tamen a Christo dicitur adorationem soli Deo exhibendam. vbi tacitè indicat Deut. 6. præci pvt nulli preter-
quam Deo adoratio tribuatur.

Resp. 1. verba ita generaliter accipiuntur, con-
duendum esse nullum planè cultum etiam ciuilem
posse hominibus exhiberi, quod non admittunt ha-
retici, & exemplis scripturæ & vñi communi om-
nium gentium repugnat. Si dicant locis citatis agi
de cultu sacro, cum q; soli Deo deferendum. Res-
p. 1. etiam facilitate dici, agi de cultu quodam supre-
mo, & alicui tanquam supremo Domino exhiben-
do, & agi de seruitute quam creatura suo creatori
debet exhibere.

Resp. 1. aliquos censere priori parte non pro-
hiberi cultum & adorationem sacerdotum, èo quod
in ea parte non ponatur solum, sed in posteriori, in
qua agitur de adoratione Deo debita. Quod pot-
est confirmari ex versione 70. qui pro seruies, po-
nunt *et genuvor*, que vox ex sua origine indifferens,
vñi scripturæ communius accipitur pro cultu su-
premo.

Verum videtur solidius etiam priori parte pro-
hiberi adorationem cuius ibi fit mentio, & scri-
puturam velle eam soli Deo exhibendam, atq; adeo
priori parte sententia in implicitè contineri parti-
culam solum; (quemadmodum in hebreo implicitè
continetur in posteriori, in qua non habetur parti-
cula soli, sed addita est 70.) quod patet ex circum-
stantijs textus, nam verus Deus opponitur Diis
gentium, prohibeturque ne adoratio, scilicet Deo
debet, illis exhibetur. Ex quo constat per adora-
tionem loco Deuter. citato intelligi supremum
adorationis genus, & proinde illo modo loquendi,
Deum Orientum adorabis, implicitè negari hu-
iusti cultum alijs deferendum. Catholici vero
non censent hunc cultum posse sanctis exhiberi;
cum nullo modo existimant illos esse Deos (& ip-
sum hæretici debeat fateri illos vero Deo non
opponi) sed solum posse exhiberi inferiorem, fa-
cium tamen & superiori cultu principibus exhibi-
beri solito, propter rationes præfentib; dubio allatas.

Conf. illi prior pars ita intelligeretur, Christus
Matth. 4. minus sufficienter vñus fuisse diabolo
respondibile, cum dici posset in loco Deut. non pro-
hiberi ut adoratio, de qua ibi est sermo, etiam alijs
exhibetur; igitur ex Christi response datur
intelligi quod prior pars sententia Deut. intelli-

gatur de supremo adorationis genere; de quo in-
telligunt Maldonatus & Lucas in caput Matthæi
citatum, & tam apud Matthæum quam in Deut.
priori partem intelligunt cum particula, soli.
Igitur ad argumentum

Resp. 3. negando conseq. quia in loco citato
Deuter. solam prohibetur ne vñi alteri exhibeatur
suprema illa adoratio soli Deo debita; quod mini-
mè faciunt catholici, dum sanctos adorant.

De hac suprema adoratione intelligitur etiam
responsio Christi Domini Matth. 4. quia sciebat
diabolus diuinos honores appetere, qui etiam per
genuflexionem possunt exhiberi. vnde non obstat
quod in greco habeatur *et genuvor*, quia vt nota-
vimus dubio initio questionis moto, tam signa
quam nomina sunt indifferētia ad quodvis adora-
tionis genus. Porro diabolus diuinos honores ap-
petitissime faciliè potest persuaderi, ex eo quod ostendit
omnia regna mundi & illorum gloriam; scilicet
tanquam sua, & in qua supremum haberet
dominium, & proinde voluerit tanquam supre-
mus Dominus adorari.

De eodem latræ cultu intelligitur illud Apo-
stoli 1. ad Timoth. 1. *Soli Deo honor & gloria; & il-*
lud ad Galat. 4. Iis qui natura non sunt Di seruies, scilicet illis tanquam Diis honorem exhiben-
tes.

Nec obstat quod in greco habeatur *et genuvor*,
quia illud verbum potest significare seruitutem
& cultum latræ: & in prædicto loco sumi pro
cultu latræ videtur ex eo patere, quod Apostolus
agat de cultu quem gentiles Diis per sacrificia
exhibebant.

Obijcitur 2. Esther 13. Mardochæus dicit: *scis*
quia non pro superbia & consumela, & aliqua gloria cu-
*piditate facies in hoc, ut non adorarem Aman superbi-
sum libenter enim pro salute Israël etiam refugia pedum*
esus deo scilicet paratus effem) sed timui ne honorem Dei
mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem
excepto Deo meo. atqui Aman non videtur exigit
cultum latræ; tum quia solum exigit cultum
quem rex Assuerus ei exhiberi præcepérat; tum
quia nullo modo est verisimile principem alteri
subiectum voluisse tantum honorem sibi deferri,
quem ne quidem ipse rex sibi deferri imperaret; ergo
signum est non licere sanctos adorare.

Resp. 1. etiam hoc argumento posse concludere
quidem licere principibus cultum ciuilem exhibe-
re; quod & falsum est, & non admittunt hære-
tici.

Resp. 2. cultum quem negavit Mardochæus
Amani exhibere fuisse latræ. vt satis patet ex ipso-
met textu & passim tradunt Doctores; atque ita
hic *scilicet nihil* facit contra catholicos, neque
Mardochæus in detrectando honore præscripto im-
prudenter se gessit, de quo videtur dubitare Caiet.
22. q. 84. art. 1.

Quia vero videtur obstat ratio facta, res duo-
bus modis potest explicari. 1. si dicamus Amanem
verè exigit diuinum honorem & cultum Deo
dibitum, quod censet Bellarm. lib. citato cap. 14. §.
ad quattuor argumentum; & fuisse Serrarius in libri
Esther caput 3. q. 3. qui docet Persarum reges di-
uinos honores sibi vendicasse, & quibus voluerent
similiter deferri decreuisse; quod ex pluribus his-
toricis probat: hoc si verum est, res est clara, & ra-
tio in contrarium allata corrut.

2. Si dicamus neq; Assueru decreuisse Amani di-
uinos honores, neq; Amanem eos exigit; exigit
tamen eum honorem cōmuniter sibi exhiberi, scil.

genusflexionem (vt patet ex cap. 3.) qui à Iudeis non soleret alijs communiter exhiberi quam Deo; & ideo Mardochæum Iudeum noluisse illi huiusmodi honorem exhibere, né cultum consuetudine populi Iudaici Deo applicatum in hominem træficeret, eumque videtur latræ adorare cum scandalo Iudaicorum; quod colligi potest ex cap. 3. vbi Genusflexio pueris regis dicentibus, *cur propter ceteros non obseruas iudicatum regis?* dixit se Iudeum esse, quasi dicere se non posse eum cultum homini communiter deferre, qui vñ & consuetudine Iudeorum soli Deo communiter exhiberetur per modum ordinaria reverentia. Dixa, *communiter*, quia varij auctores notant principes aliquando graui ex causa etiam à Iudeis genusflexione adorari posuisse, non tamen ita factu communiter & per modum reverentia ordinaria, videri possunt Suarez disp. 52. sect. 1. ad 1. Vasquez disp. 107. cap. 3. ad 1. Delrio in caput 49. Genes. num. 22. & seqq.

Obiectio 3. Obiectio 3. Act. 10. cùm Cornelius Petrum adoraret, Petrus eum prohibuit; similiter Paulus & Barnabas prohibuerunt cùm idem tentarent Lycaones Act. 14.

Resp. ad posterius exemplum Lycaones existimasse Paulum & Barnabam Deos esse, & tanquam talibus voluisse sacrificare, quod merito eis est prohibitum. Ad prius dico Cornelium ea in re non peccasse, neque à Petro reprehensum quasi peccasset, sed Petrum solum ex modestia hunc cultum repudiasse, vt sacer sit inter homines.

Obiectio 4. Augst. Obiectio 4. Augst. Act. 19. cùm Ioannes vellat Angelum adorare, ab illo est prohibitus dicente; *vide ne feceris.* Aug. q. 61. in Genesim c̄set id propterea dictum ab angelo, quod existimat illū esse Deum, & ideo voluisset latræ cultum exhibere.

Communior tamen & verior sententia est Ioannem non errasse in conditione angelii, nec voluisse eum tanquam Deum adorare, atq; adē non fuisse ab angelo prohibitum quasi in eo peccaret; sed quod angelus recusauerit se ab eo adorari, vt ostenderet quanti homines faceret postquam natura humana euæcta est ad esse personale Verbi; & presentem quātū faceret Apostolos & ministros Christi & principes Ecclesiæ. Conf. i. ex eo quod angelus addidicit, *conferens tuas suas.* Conf. 2. ex cap. vltimo, vbi angelus renuit similem honorem sibi exhiberi; non potest autem dici Ioannem eo loco hæc siue angelum quæ vellet adorare.

Obiectio 5. vñ Patres qui negant sanctos, creaturam, martyres adorandos.

Resp. ex dictis illos non negare sanctis inferiorem cultum & honorem posse exhiberi, cùm pluribus locis tradant eos posse adorari, sed solum negare cultum & adorationem latræ.

ARTICVLVS III.

Virum imago Christi sit adoranda adoratione latræ.

PRAEMISSA distinctione imaginis in quantum est res quædam materialis, & in quantum consideratur tanquam imago & representatio alterius.

Respondeat imagini Christi prout est res quædam putata lignum pictum &c. nullam rationib[us] reuerentiæ cùm reuerentia soli nature rationali debeat: imaginis vero considerata tanquam imagini, seu prout est representatio alterius, exhiberi eandem reuerentiam quæ exhibetur prototypo, & proin-

de imaginem Christi esse adorandam adoratione latræ, quæ res paulò latius est ex. n. in. n. simili. ter & solutiones argumentorum, & agendum de cultu & adoratione imaginum.

D V B I V M . I.

Virum usus imaginum sit licitus?

PRÆTER Iudeos & Mahometanos plerique heretici, tam antiqui, quam recentiores, damnant imaginum cultum. Nam vt omittant Manichæos & Marcionistas, quos Thataius in 7. Synodo act. 1. testatur respulisse imagines; & alios: Leo I. Mauricus imagines honorari prohibuit, vt testatur Zonaras in eius vita & alijs, & iussit auferri, vt docet Adrianus 1. in suo scripto de imaginibus ad Imperatorem Constantinum, & Irenei eius matrem, in 7. Synodo act. 2. Videri potest Baronius tom. 9. anno 11. Leonis.

- Resp.** Resp. sub Leone nullum contra imagines Concilium fuisse Constantinopolitana celebratum forma Ecclesiastica contutatis variis Episcopis, sed tantum fuisse congregationem iudicium laicorum ad quam Imperator Iconomachus conuocauit quidem Germanum Constantinopolitanum Patriarcham, sed hic illius impetrati assentiri noluit. vide tri potest Baronius tomo 9, annalium anno Christi 726. Leonis 11. & alii historici. Secundum fuit quidem aliquo modo forma Ecclesiastica congregatum, cum ad illud varii Episcopi conuenerint, caruit tamen auctoritate Pontificis, qui nec per suos legatos interfuit, neque similiter interfuerunt Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus; imo reprobatum fuit in 2. Synodo Nicæna act. 6. vbi plurima eius acta ponuntur: quam Nicænam Synodum constat esse legitimam & veram septimam Synodum cuius definitionibus subscripti erunt legati Adriani 1. & alii, et quæ a Pontificibus approbata. Constantinopolitanu[m] hoc est septimum falso appellatum, sive pseudoseptima Synodus quam excrabilis, profanam &c. vocat septima vera Synodus act. 6. tomo 1.
- Obiectio 4.** Obijicitur 4. Concilium Francofurdiense in quo damnata est 2. Nicæna Synodus, quæ imagines adorandas definierat.
- Nicæna 2.** Notandum in Concilio Francofurdiensi nunc solum haberi eam partem quæ agit de Christi adoptione & seruitio; quia tamen plurimi historici tradunt in eo etiam actum fuisse de cultu imaginum, varij ad hoc argumentum respondent. Ad quod mihi videtur dicendum quod si nihil aliud posset responderi, facile dici posset hoc Concilium non debere praeditudine Nicæno, ita ut ex illo post Nicænum solidum possit duci argumentum contra cultum imaginum: cùm Nicænum Concilium sit vniuersale à Pontificibus approbatum: Francofurdiense vero sit particulare in ea parte nō approbatum: ino[m] multorum sententiæ legati pontificij & ipse Adrianus primus dicatur illi in hoc puncto reituisse, quod etiam fatentur centuriatores citati à Bellarm. cap. 14. libri de imaginibus, & tamen etiam ipso Cœcilio Francofurdiensi teste ultimum iudicium controversiarum fidei reseruatur summo Pontifici. his tamen sepositis,
- Resp. 1.** Concilium Francofurdiense non errasse in damnanda Nicæna Synodo. Est contra quod Auctor p[ro]p[ter]eum existimantes Concilium Francofurdiense cōdemnasse secundam Nicænam Synodum, & ea in re errasse in questione facti, non iuris, quia scilicet ex relatione quorundam putauit Nicænam Synodum non fuisse à summo Pontifice approbatā, etiam definiuisse imagines esse adorandas adoratione latræ. Sed id non videtur probabile, cùm Patres Concilij Francofurdiensis non videantur potuisse ignorare definitionem Concilii Nicæni celeberrimi, præsertim cùm legati eiusdem Pontificis scilicet Adriani 1. vtriq[ue] interfuerint, qui hunc errorum potuerint exanimare ex animis Patrum Concilii Francofurdiensis. Prætere此 Adrianus 1. refutans libros qui dicuntur Carolini non meminit talis erroris Concilii Francofurdiensis.
- Resp. 2.** neq[ue] videtur quidquam definiuisse contra honorem imaginibus debitum. Prob. moraliter loquendo non potuit definire imagines non esse adorandas seu venerandas contra definitionem Concilij vniuersalis sibi notam, utpote quæ sub eodem Pontifice ante aliquot annos fuerat celebrata. 2. non poterat condemnare fūsum imaginum in tota Ecclesia receptum. 3. impietur fuit translatum à græcis ad Carolum magnum è quod illi cultum imaginum impugnare; igitur non est verisimile Carolo magno regnante, imo & procurante, fuisse congregatum Concilium contra imaginum venerationem.
- Obiectio 5.** His addi potest quod auctores passim referant Claudium Taurin. èm maximum Iconomachum hanc definitionem Concilii Francofurdiensis pro se non attulisse; quod non neglexit si quid tale in eo Concilio fuisse definitum. Similiter Adrianus respondens ad libros Carolinos nullam mentionem facit huiusmodi definitionis, quam tamen impugnasset si qua talis in illo Concilio contra imagines edita fuisse.
- Obiectio 6.** Obijicitur 5. ex prefatione librorum Carolinorum, vbi habetur: *allata est in medium (scilicet Cœcili Francofurdiensi) quæsio nostra Græcorum, quam de adorandis imaginibus Constantinopolitani fecerunt, in qua scriptum babebatur ut qui imaginibus fapto[rum] ita ut defisa Trinitati seruitur aut adoratur, non impenderint, nema tamen iudicetur, qui sup[er] à sanctissimi Patres nostri (scilicet Francofurdiensi Concilij) omnimodis adorationem & seruitutem eis impenderi renuentes consenserunt, atque consentientes damnarunt, quod Conf. ex eo quod Hincmarus in quodam libro contra Episcopum Iaudunensem scripto, referat in Concilio Francofurdiensi destructam 7. Synodum.*
- Obiectio 7.** Aliqui catholici opinantur Concilium non dænaliisse 7. Synodum veram, sed pseudosynodum Icomachorum. Ita Surius in prefatione ad Concilium Francofurdiense, Suarez d[omi]n[u]s, 54. scđ. 31. & plures alij. quod confirmant: vera 7. Synodus non fuit celebrata Constantinopolis, sed Nicæa.
- Obiectio 8.** Ea tamen sententia alij non probatur, existimantibus prefationem citatam intelligentiam de Nicæna Synodo, contra quam agere libros Carolinos patet ex epistola Adriani ad Carolum magnum, & quia auctor illorum libitorum pleraque acta Synodi Nicæna referunt, ut satis patet ex prefata epistola Adriani. Nec obstat quod ponatur Constantinopolis, quia auctor facile potuit errare in loco particulari nam de cætero agit de eo quod tracta-

85.

Prob. 1. cx
PP.
Basil.

Damasc.

Imagines
adorantur
cum proto-
typis, sicut
purpura &
Regis.

Leont.

August.

86.

Prob. 3. 1a.
tione.87.
Imagines
scientæ à
prototypis
non habent
excellentiæ
adorabile.

Confirm.

bere semper respicere Christum vel sanctos tanquam obiectū illius. Vnde pater responsio ad argumentum. Ad confirmationem R. c. C. cilia ita tradere modum indubitatum, vt non leuiter indicent illum esse solum: & quamvis Concilia nō solent sese immiscere quæstionibus inter Doctores merè controversis, ita tamen interdum suam doctrinam tradunt, vt ex ea non leue sumi possit argumentum pro alterutra parte controversia.

Prob. 2. ex patribus. Basilij lib. de Spiritu Sancto ad Amphilochem cap. 18. *Quia rex etiam dicitur regis imag. & non duo reges: neque enim imperium scinditur, neque gloria dividitur quemadmodum principans & potestas una est que nobis dominatur, sic etiam glorificatio a nobis una est & non multæ, propterea quod imaginis honor ad exemplar transi. quod Basilij testimonium explicat Dam. oratione 1. de imaginibus ait: quemadmodum purpura & sericum & quod ex his vestimenta conficitur, per se nihil aliud sunt nisi tensu quoddam operimentum, quod tamen si rex induerit, honoris quo præstat rex ipsum quoque pariceps sit: ita res ex materia conßianies per se quidem adoranda non sunt, at si gratia plenus sit is quem illa rescribit, pro side proportione ipsi quoque particulæ sunt. Leōtio relato in 7. Synod. a. 4. quemadmodum etiam Iacob accipiens à filiis suis vestem sanguine confersam Ioseph cum lacrymis eam osculatus est, suisque oculis circumposuit, non ipsum vestem diligendo aut honorando hoc fecit, sed per eam arbitratuſ est se Ioseph osculari, & in manibus habere: & christiani omnes imagines Christi, aut Apostoli, aut martyris tenentes, nos trahentes osculantes animo videntur nobis ipsum Christum aut Mariyam amplexi. August. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 9. *Qui vero aut operatus, aut veneratur vestile signum diuinum institutum cuius vim significacionemque intelligit, non hoc veneratur quod videt & transit sed illud portas quo talia cuncta referenda sunt. Plures omitto qui ita loquuntur de adoratione imaginum, ut perpetuo videantur insinuare vnam adorationem exhiberi exemplari & imaginis: quibus conformia sunt multa testimonia allata in 7. Synod. Ex quibus ita licet argumentari: sancti Patres nunquam meminerunt adorationem quā adoretur imago scilicet à prototypo tanquam integer terminus adorationis, sed è contrario nos docent quod quando adoramus imaginem, cogitatione apprehendamus ipsum exemplar tanquam coniunctum in quod dirigatur interior noster affectus; ergo signum est iuxta sensum Patrum imaginis scilicet ab exemplari non esse adorandas, ita vt ipsa sint terminus interioris submissionis, quod etiam ratione.**

Probari potest 3. si spectentur imagines scilicet ab exemplari ita vt ne quidem nostra cogitatione illud includant, non videantur habere excellentiam adorabilem, ergo scilicet à prototypo nō possunt esse integer terminus adorationis, quia scilicet non tantum diuina externa signa submissionis, sed etiam ipsum submissum affectum. Antecedens prob. imagines sunt inacti, ergo nō habent excellentiam adorabilem, ita vt homo scilicet illis debeat interiori affectu submittere. Conf. 1. quod est capax honoris etiā capax est iniuria & contumelia; atque imagines non sunt capaces iniuria, cum illa nullo modo possint aduertere, neq; illo modo possint affici ex actu nostro. Conf. 2. religio vel etiā observatio sunt partes potestatibus institutæ, & proinde solum videtur nos ordinare ad naturam rationalem; quemadmodum & ipsa iustitia, quæ solum respicit naturam rationis & libertatis partem, nam qui ex obligatione iustitiae bene tractat equum Ioannis, non exerceat formaliter actum iustitiae respectu equi, sed

solum respectu Ioannis, ita vt licet ipsa bona exterior tractatio materialiter sumpta immediate respiciat equum, aetius tamen formaliter sumptus & prout includit affectum interiorum iustitiae cum non respicit, sed Ioannem, cui per huiusmodi tractationem ius redditur, & cuius ius ledetur si equus ipsius non bene tractaretur.

Contra resolutionem Obiectum 1. si non possint imagines adorari tanquam integer adorationis terminus, sed in illis per illas adoretur prototypum, sequitur imagines tantum deseruire ad extitandam exemplaris memoriam, quod docebant iij Semiprob. qui in fine actionis 6. Synod. 7. vocantur semiprobi, qui que in eadem actione refutantur.

Resp. negando conseq. quia illi nolebant villam extermam submissionis notam in imaginibus exhiberi quod tamen hec sententia concedit & exprefit docet, quamvis dicat non posse exhiberi nisi vt mente concipitur prototypum esse præsens, & per illa signa honorari. Aliud enim est solum excitare affectum ad honorandum prototypum; aliud vero sola signa externa respicere ipsas imagines, internum vero submissionis affectum à quo sumuntur formale adorationis necessariò dirigendum in prototypum, neque ex secundo sequitur prius.

Obiectum 2. quando adoramus imagines, seu signa externa illis exhibemus, inueniunt voluntas honesta, seu huiusmodi signa procedunt à voluntate honesta, & proinde quando illa exhibentur responderet interior voluntas honesta, illa autem voluntas non est alia quam religionis &c. & interioris submissionis; ergo adoramus imagines ex interiori submissionis affectu.

Resp. ad maiorem; signa externa osculi, genuflexionis, &c. procedere ex voluntate honesta, que tamen non sit religionis quatenus respicit illa signa, sed prout respicit prototypum: cùm enim adoramus imagines, inueniunt voluntas interna illa signa exhibendi, & simul inueniunt interior voluntas submissionis, non erga ipsas imagines, sed erga prototypum. vndelicet signa externa voluntarie exhibentur imaginibus, non tamen procedunt ex voluntate, quæ respectu imaginum habeat rationem formalis seu interioris submissionis, sed solum respectu exemplarum.

Quod declaratur aliquo simili: quando quis alii amat & propterea eius equum bene tractat, exterior tractatio respicit quidem equum, & procedit ex voluntate equum bene tractandi, sed interior affectus amicitia in eo non sicut; neque dici potest quod respectu equi habeamus interiorum effectu amicitia, sed hic affectus versatur circa proximum cui in equo & per equum bene volumus. Sic in præsenti, externa adoratio respicit quidem imagines quas oscularum, coram quibus procumbimus &c. interior tamen submissionis affectus & cultus immediate respicit prototypa, quæ per cogitationem apprehendimus tanquam præfentia, ita vt si ea secludamus non possimus hec signa imaginibus exhibere ex virtute religionis. vnde

Notandum signa externa & interiorum servitutis affectum erga prototypum conficeret unum actum integrum adorationis in genere moris quorum unum est materiale, alterum formale; quemadmodum contingit in omni actu virtutis qui completer actu externo; nam actu externus est materiale illius virtutis, internus vero forma le, neque actu externus dicitur actu virtutis, nisi vt materialiter informatur interno, & voluntas ponendi actum externum non est honesta hon-

state

state aliquius virtutis, nisi simul adsit interior virtutis affectus; v. g. voluntas dandi aureum non habet rationem actus elemosynæ nisi procedat ex affectu subleuandi alterius misericordiæ. ita in præsenti voluntas exhibendi externa submissionis signa non fortit rationem externæ adorationis, nisi conjugatur internæ submissioni erga exemplar tanquam ab ea procedens.

Dices iuxta sanam doctrinam est afferendum imagines adorari; adoratio autem essentialiter includit interiore affectum submissionis, & quidem erga illud quod dicitur adorari sicut interior affectus submissionis debet versari circa imagines.

Concessa maiore; ad minorem dico, adoratio non includere affectum submissionis erga omne id quod dicitur adorari, & cui externa signa adorations exhibentur, sed sufficere si talem affectum includat respectu illius obiecti quod est ratio & causa cur huiusmodi signa exhibeantur, quod in præsenti est prototypum.

Confr. communis iudicio potest adorari imago eo modo quo ponimus, siue possit adorari eo modo quem ponit prior sententia, siue non possit: at qui in tali modo adoratio non necessariæ est dicendum interiore affectum submissionis respectu imagines, quemadmodum aliquis adorando regem purpuram indutum non dirigit interiore affectum ad purpuram, quam dicitur concomitante adorare, vnde dico quod licet interior affectus submissionis debeat respicere obiectum adorations, non tamen debeat respicere quanlibet partem obiecti, sed sufficiat si respiciat id quod est alteri causa adorations.

Obijcitur 3. iuxta dicta imago semper colitur eodem cultu quo prototypum, contra id quod habetur in 7. Synodo act. 7. in qua dicitur quod imagines non sint colenda latræ.

Resp. nostram doctrinam nullo modo aduersari definitioni 7. Synodi, sed esse illi maximè consonantem: cum enim nullus Pater qui in ea citantur mentionem faciat duplicitis adorations imaginis, sed Patres semper insinuant vnam eandemque adorationem esse imaginis & exemplaris; 7. Synodus nullo solido fundamento potuit definire imagines posse adorari seculantes ab exemplari, ita ut sint integer terminus adorations, & obiectum interiorum submissionis.

Dico ergo quod imago semper eodem cultu colitur cum prototypo, per accidentem tamen & concomitantem, quatenus ipsum prototypum nostra cogitatione inclusum in imagine colitur, & dum colitur, externa signa seu adoratio materialis respiciunt etiam imaginem, non vero internum submissionis affectus. Nihilominus 7. Synodus bene docuit & imagines esse venerandas & non esse latræ colendas &c. quia latræ non tantum designat externam adorationem, sed dicit etiam internum affectum servitatis, quem non exhibemus erga imagines.

Notandum ergo tam prototypum quam imaginem posse dici adorari, honorari, salutari &c. quia haec sumi possunt tum pro exterioribus signis honoris, tum etiam pro interno affectu imaginis verò non posse dici colli latræ, duliæ, eo quod haec in uoluntate interiore affectum submissionis & formalis cultus, qui non respicit imagines, sed prototypa, vnde licet externa adoratio quoad executionem immediate tendat in imaginem, tamen quatenus cam respicit non habet rationem latræ, sed simplicis adorations & note externæ submissionis.

nis; rationem verò latræ solùm fortit respectu exemplaris, v. g. Dei, cui tanquam primo principio nos submittimus.

Possent tamen aliquo modo dici adorari latræ per accidentem, quemadmodum purpura regis per accidentem cultu adoratur quo ipse rex, item quia illa adoratio exterior quæ ut respicit exemplar est cultus latræ, materialiter tendit in illas & eas respicit. Adde quod imago Dei possit dici adorari ex virtute latræ seu religionis, non quidem quæ respiciat per se ipsam imaginem, sed quæ respicit exemplar; quia honor externus exhibitus imaginis procedit ex affectu latræ erga exemplar.

Hac diligenter sunt notanda, quia per ea varia loca Patrum possunt explicari & conciliari: cùm enim interdum dicunt imagines non esse adorandas, sumunt adorationem pro interiori seruitutis affectu, quem interdum vocant adorationem in spiritu: cùm verò docent easdem adorandas, adorationem sumunt pro exteriori submissionis nota, quam eis possumus exhibere.

Obijcitur 4. in eadem 7. Synodo act. 7. dicitur, Obiectio 4. imagines esse adorandas sicut sancta Euangelia; at 7. Synod. qui hæc ita possunt colli ut sint terminus & obiectum in quod tendit interior affectus & cultus, ergo.

Resp. negando minorem; quia omnis honor exterior qui illis exhibetur, procedit ex reuerentia interior erga Deum vel sanctos, ita ut non tantum remotè in eos referatur, sed etiam illos immediatè respiciat per modum obiecti cultus formalis; quamvis frequenter non nisi valde confusè apprehendantur. Hac ratione quando Ecclesia præcipit vasa sacra nō tangi à laicis, vel vult haberi in honore; non id vult quasi interior reuerentia tendat in illa, & interior affectu nos ipsi vasum submittamus, sed quod reuerenter ea tractando Deum honoremus.

Obijcitur 5. legatis non solùm potest ita honorari ut rex in illo honoretur, sed etiam ea ratione ut ipse sit terminus venerationis, rex verò solùm sit ratio propter quam honoretur; igitur imago potest similiiter honorari propter prototypum; sic ut ipsa sit integer terminus adorations, prototypum verò sit tantum ratio propter quam imago honoratur, non autem sit res adorata.

Resp. negando conseq. est enim disparitas quod legatus sit prædictus natura rationali, & per consequens adorabilis: vnde propter excellentiam illi natura communicatam potest esse terminus adorationis, & per se honorari, propter excellentiam illi a rege communicatam: imago vero cum sit res inanimata non habet naturam adorabilem, & cui propter alterius representationem homo possit sese submittere tanquam superiori: licet itaque legatus possit duobus modis colli, imago tamen non potest, sed tantum vno, scilicet tanquam continens in se prototypum ad quod terminetur interior submissionis affectus.

Obijcitur 6. longè alia censetur iniuria percutere principem quam eius statuam dejicere; ergo signum est quod dum imago in honoratur, princeps solùm censeatur remote in honorari, nimirum eo quod iniuria facta imaginis redundet in ipsum principem: quod si imago possit esse terminus in honorationis & iniurie, potest etiam esse terminus & obiectum honorationis & adorations, neglecto antecedente.

Resp. negando conseq. nam ut id interdum, imo.

94. Explicantur locutio-
nes Patrum.

Qualiter adorantur Euangelia; & vasa la-
cra.

Obiectio 5.

95. Legatus per se ho-
norari potest, nō au-
tem imago.

Obiectio 6.

Simile.

96.

Ex hoc quod minor sit inura
qua sit in
Principi in
fua imagi-
ne, nonne
quicunq; in per-
le in hono-
rari.

Confirm.

Obiectio 7.

Resp.

97.

Heretici
negant sim-
pliciter
imagines
adorari
posse.

ape posse contingere quod in antecedente assu-
mitur, nullo modo sequitur illum solum remota
respici per deiectionem statua ipsius, & totam in-
iuriam refundi in ipsam statuam. Patet in si-
mili in mala tractatione equi, quæ morali homi-
num iudicio non potest conferri actus iniustitiae vel
iuris inimicitiae respectu ipsius equi, sed solum respectu
domini equi, qui in equo & per equum censetur
in iuris affici vel odio haberi, ita ut sit terminus
in iuris formalis. Certè ex inæqualitate iuris
nullo modo licet colligere ipsam imaginem inho-
norari, ita ut interior affectus circa illam veretur:
nam etiam immediatè tendendo in Principem
quoad executionem potest inæqualis iuria in
ipsum committi; cum longè gravorem iuriam
inferat Principi is quæ eum occidit, quām is qui
solum leuiter ludit vel rider &c. & proinde non
repugnat interdum conferri minorem iuriam ir-
rogari deiectione statua, & nihilominus iuriam
formalem seu interiore affectum in honoratio-
nis respicere Principem tanquam personam quæ
in honoratur. Idem proportione dicimus de cultu,
nimirum quamvis interdum sit minus feruens,
intensus &c. quando alicui exhibetur per imaginem,
interior tamē affectus semper respicit prototypum
id enim potest contingere ex eo quod appre-
hensio in ordine ad affectum mouendum non ita
perfectè obiectum representet.

Confirmatur solutio à posteriori; si argumen-
tum concluderet intentum, propriè concluderet
nunquam exhiberi candem adorationem imagini
& exemplari seu prototypo, quod tamen iuxta
priorē sententiam dici nequit. assumptum ostendit-
ur, quia iuxta illam sententiam iuria quæ sit
imaginis minor est quām sit ea quæ persona in se-
ipsa afficitur.

Obicitur 7. videntur esse diuersa heres quod
non licet honorare sanctos, & quod imagines
non sint adoranda; ergo signum est quod imagines
possint adorari scilicet ab exemplari, tamen pro-
pter exemplar. Conseq. prob. si hoc non licet,
videbitur ad eandem heres pertinere vtrumque
negare.

Resp. neg. conseq. & eius probationem; quia
alia est heres quod sancti in se non sint hono-
randi & inuocandi, & alia quod illis non licet
statuas erigere & illos in imaginibus & per ima-
gines colere, sic ut externa subiissionis nota quo-
ad executionem immediatè veretur circa imagi-
nes; & qui negarunt posteriori, non idcirco nega-
runt prius: quamvis ratio naturalis dicit, si possi-
mus Deum & sanctos honorare, quod id possimus
prastare per imagines modo explicato.

Confirm. negantes imagines posse honorari &
adorari, non solum id negant sub certo modo &
certa consideratione, scilicet tanquam integrum
adorationis & interioris affectus obiectum, sed
simpliciter & absoluē & proinde ex eorum heresi
non licet à contrario colligere imagines posse
adorari etiam scilicet per prototypum, ita ut ipsum
prototypum nullo modo sit terminus adoratio-
nis, quamvis sit ratio propter quam adoratio de-
feratur imagini. Assumptum prob. quia ne qui-
dem iam potest redargui tanquam hereticus qui
negaret prædictum modum.

2. Ex nulla sententia Patrum potest colligi id
solum voluisse Iconomachos, & non simpliciter
negasse modum adorandi imaginem ut repre-
sentantem & cogitatione continentem prototypum.
Prob. quia saltem eum modum concludunt plu-

rima testimonia Patrum, quæ partim citauimus,
partim fuisis ab aliis referuntur, & proinde est in-
credibile hereticos eum non negare, cum sit incre-
dibile Patres ita conspirare in modum, de quo mul-
ta inter Catholicos & hereticos etiam in confuso
fuerit controvrsia.

Ex dictis licet colligere idem esse dicendum de
speciebus sacramentalibus Eucharistia, scilicet
eas non posse adorari per se à Christo scilicet
propter rationes allatas: ipsum tamē Sacramen-
tum Eucharistia debet per se latrata adorari, quia
intrinsicè dicit etiam diuinitatem presentem.

Ex dictis etiam colligitur sacrificium non pos-
se imaginibus offerri, nam sacrificium requirit in-
teriorē subiissionē respectu eius cui offeratur
cum offeratur in testificationem supremi domini
vitæ & mortis.

2. Neque orationem posse ad imagines dirigi,
non enim quidquam ab imaginibus petimus, vt
pote quæ preces nostras capere non possint; neque
possumus fiduciam in illis collocare, vt Trident.
l. 25. loco citato.

3. Neque eas propriè esse capaces laudis, cùm
laudem intelligere nequeant; vnde cùm illæ vi-
dentur laudari, non tam ipsæ quām auctor & causa
efficiens laudatur vel exemplar. Quando vero in
hymno ecclesiastico dicitur *O crux ave spes unica*
&c. oratio dirigitur ad Christum, vt patet ex se-
quentibus, & crux per metonymiam lumen pro
crucifixo: in quibusdam eiusdem hymni versicu-
lis per propositiōnēm crucem alloquimur tan-
quam personam.

Notandum aliquos censere imagines impro-
priè adorari, alios analogicè, alios vt conditionem
adorationis; qui his loquuntur formulis nolunt negare
externa signa adoracionis imaginibus exhibenda,
sed solum volunt significare hæc non habere
rationem formalis adoracionis, nisi procedant
ex affectu subiissionis interioris erga prototypum,
& proinde non videntur mereri censuram,
quia 7. Synodus parum curat de nomine, dum
modo fateamur imaginibus posse exhiberi exte-
riora signa honoris, venerationis, salutationis, &c.
Verius tamen est posse dici propriè adorari; nam
illud nomen tam propriè & vtritate sumitur pro
nota externa venerationis, quām pro interiori ani-
mi subiissionē & seruitute.

Denique notandum quod quamvis apud do-
ctos licet loqui vtrouit modo & secundum vtram
vis sententiam; tamen apud populum certè sit
procedendum, eum docendo non esse collocan-
dam fiduciam in imaginibus, nec existimandum
quidquam diuinitatis illis inesse, vt Trident. su-
pia. sed nos illis debere reuerentiam & externa
subiissionis signa exhibere propter prototypa
quæ representant: addi etiam posset, ita ut in illis
& per illas interiori ipsa prototypa veneremur.

ARTICVLVS IV.

*Vtrum crux Christi sit adoranda ad-
oratione latræ?*

RESPONDEAT 1. crucem in qua Christus pe-
pendit dupliculo titulo adorandam esse adora-
tionē latræ, scilicet per accidens; 1. quia repre-
sentat Christum tanquam imago. 2. propter conta-
etum sui ad corpus Christi.

Respondet 2. reliquias crucis vno solum titulo
posse adorari, nimirum quia representant Chri-
stum crucifixum.

DV BIVM.

D V B I V M.

An trux Christi possit adorari?

Q VAMVIS ex dubio superiori facilè pateat quid dicendum sit de adoratione crucis spe- data sub priori consideratione, quia tamen varijs heretici peculiariter negant crucem posse adorari, idcirco id breuiter est expedientum.

Claudius Taurinensis negauit crucem Christi siueque signum esse adorandum, vt refert Ionas Aurelianensis lib. 1. de cultu imaginum in tomo 4. bibliotheca sacræ quem postea fecuti sunt varijs. Deinde est quos refert Bellarm. lib. de imaginibus cap. 26. quos sequuntur nostri temporis heretici.

Sed hinc constat tam crucem in qua peperit Christus, quam alias posse adorari. patet ex defini-

tione 7. Synodi que habetur act. 7.

De cruce in qua Christus peperit

Prob. 1. ex Patribus. Damasceno lib. 4. de fide cap. 12. vbi fusi ostendit crucem Christi & alias eius reliquias vel lanceam, praesepem, clavos, esse ado-

randam. Chrysostomo homilia quod Christus fit

Deus, tomo 5. dicente, tanta veneratione lignum illud

habeatur, ut qui parum ex illo babere possant auro inclu-

dant & cornicibus imponant.

Prob. 2. ex desiderio quo flagrant omnes ppi habendi eius particulas, cuius desiderij plures anti-

qui Patres sunt testes apud Bellarm. lib. citato cap. 27. illud autem desiderium signum est Christi crucem semper in summo honore apud Christianos habitam.

3. Idem probatur ex miraculis quæ in crucis invenzione contigerunt, de quibus constat ex probatis auctoribus.

4. Crux fuit instrumentum per quod redempti sumus, per quod salus generi humano allata, per quod Christus diabolum expoliavit & de illo triumphauit nos eterno Patri reconcilians; fuit etiam altare in quo Christus seipsum eterno Patri in sacrificio obtulit.

Quoad alias cruces, præter definitionem 7. Syn-

odi citatam

Prob. ex perpetuo vnu Ecclesiæ. 2. ex Patribus qui cruces honorarunt. 3. ex miraculis que per cru-

ces contigerunt, quæ passim ab auctoribus refe-

nuntur. videri potest Bellarm. lib. citato cap. 28.

4. ratione; supra ostendimus licere imagines ado-

rare ergo licet etiam adorare crucem, quæ est ima-

go representans crucifixum. videri potest Bellarm.

lib. cap. 29. vbi ex Patribus & variis miraculis

ostendit esse vtile formare signum crucis.

Ex his Pater 1. id quod docuit S. Thom. in cor-

poore, scilicet lignum sanctæ crucis posse duobus titulis adorari, nimirum & propter contactum ad

corpus Christi, & quia representat Christum cruci- fum; reliquias vero crucis posse solum adorari ex secundo titulo.

Ex quo vtterius patet materiam crucis in qua

peperit Christus non solum posse adorari dum crucis formam retinet, sed etiam eam destructam;

quia nimirum semper retinet priorem rationem, scilicet contactus sui ad corpus Christi; mate-

riam tamen aliarum non ita aptè posse adorari si formam crucis non retineat. v. g. si partes ligni, lapidis, amictus formam crucis, quia non ita inge-

nunt representationem Christi crucifixi.

Patet 3. propter similem contactum ad Christi

corpus nos posse honorare alia passionis instru-

menta, vt lanceam, clavos, spineam coronam, co-

lumann &c. videri potest Damasc. supra.

Contra id quod dicitur de adoratione crucis in qua Christus peperit; similiter de adoratione clavorum, lancearum.

Obiicitur 1. quod ea dolorem & ignominiam Christo attulerint, & proinde potius sint detestanda. Conf. filius non solet honorare patibulum in quo parens suspensus fuit.

Resp. ex dictis negando posteriore partem assumpti, nam hæc instrumenta non solum Christo dolorem attulerunt, sed etiam sumnam gloriam, quatenus Christus per crucem & passionem suam dæmonem vicit & ligauit, chirographum decreti contra nos delevit, & genus humanum aeterno Patri reconciliauit. Vnde meritò in summo prelio sunt habenda & honoranda tanquam instrumenta tanta victoria: quemadmodum filius merito posset honorare patibulum in quo parens innocens mortem pro republica obeundo hostes debellasset, & salutem populo peperisset: per quod patet responsio ad confirmationem.

Obiicitur 2. si crux & alia relata possint adorari propter contactum Christi, poterunt etiam adorari labia Iudeæ proditoris.

Resp. negando conseq. quia ipse contactus labiorum Iudeæ verè erat peccatum externum, & proinde labia erant instrumentum animatum peccati, & ex parte eorum contactus erat noxius, qui non poterat sanctitatem ex Christi sanctitate participare, contactus verò aliorum instrumentorum ex parte eorum fuit innoxius, vnde non est parviusque ratio. Adde quod hæc labia fuerint pars hominis sclerati, qui proinde censeretur honorari, si honos eis exhiberetur.

Addunt aliqui si quis recta intentione affectum in solum Christum intendat, eum posse reverenter labia Iudeæ adorare, scilicet præcisè propter contactum ad Christum, ab omnibus aliis abstrahendo; quod, vt non videatur improbabile spectando solum rei naturam & seponendo scandalum, præticè tamen non videtur facilè admittendum: quare caute procedendum in similibus, & sequendus communis vnu Ecclesiæ; in publica adoratione moraliter loquendo vix potest cuiusvis scandalum & indecentia.

Contra id quod dicitur nos posse alias cruces adorare;

Obiicitur quod sequatur nos etiam posse adorare omnes clavos, lanceas, spinas, spongias &c. præsepi, inquit asinos, cum illa omnia possint prædicta representare.

Resp. negando consequentiam, si consequens intelligatur de vnu communi, pro quo

Notandum in quacunque materia formentur crucis, & licet formentur separata à reliquis quæ repræsentent passionis instrumenta, eas posse adorari, quia communis consuetudine non habent alium vnu quæm repræsentare crucem; in qua Christus fuit crucifixus, neque ad alium finem efformantur à fidelibus; alia vero in arguento reconsita communiter habent alium finem, & quidem præcunum, quæ proinde nequeunt dici communiter facta ad repræsentanda instrumenta passionis Christi, v. g. clavi communiter non sunt ad repræsentandum clavum quo Christi manus fuit perforata &c. sed ad alium vnum vulgarem, qui proinde non possunt dici imagines illius clavi; & ita de alijs, quæ communiter non offerunt se se per modum signi, sed per modum rei iuxta suam conditionem naturalem & communem vnum spectant.

Dixi, communum usu, communiter, quia possunt formari & ponni iis circumstantiis ut mentem excirent ad recolenda passionis instrumenta, & censeantur illa representare, vt si ponantur simul lancea, corona spinea, clavi, columna &c. & eo casu nihil prohibet quod minus possint honorari. Similiter si in nocte nativitatis decenter confrustratur preseppe. Addi etiam potest quod vir spiritualis priuatum & seposito scandalum possit illa etiam seorsim sumpta honorare, si ea concipiatur tanquam signa representantia passionis instrumenta, & ipsum Christum passum.

108. Quidam consent quilibet rem posse adorari, si Deus in ea concipiatur.

Leont.

Non videatur faciliter usurpandi.

S. Thom.

109. B. V. potest adorari latram per accidens; non solet tamen ita adorari.

Resp. affir.

110. Reliquias qui impugnarunt haereticos.

De fide est

honorandas, definitur in 7. Synodo act. 7. & actio esse honesta, vocantur salutares fontes quibus Deus beneficis randas, hominibus prefat. in Concilio Gangreni can. vlt. 7. Synod. Conc. Gang.

mo dicitur anathema ijs qui memorias Martyrum (id est loca vbi sunt reliquiae Martyrum) excoerantur. in Concilio Carthaginensi 5. cap. 14. iubetur vt nulla altaria, vel memoria martyrum dicentur, nisi vbi sine aliqua memoria martyrum reliquia videri etiam possunt Concilium Lateranense sub Innocentio 3. cap. 62. & Trident. sess. 15. decreto de inuocatio- Carthag. Lateran. Trident. ne sanctorum.

Prob. 1. ex scriptura. Exodi 13. ossa Ioseph hon- Prob. 1. ex scriptura. Exodi 13. ossa Ioseph hon- nifice aportantur & sepeluntur. 4. Reg. 13. con- Script. Exod. 13. tactu cadaveris Elisei miraculum editur in mortui reuulsione; ergo signum est quod Dominus Deus velit sanctorum reliquias in honore haberet. Act. 19. sudaria & semicinctio S. Pauli languores curarunt. Innumeris alia miracula a Deo per reliquias patrata omitti, eò quod passum apud probatores auctores reperiantur.

2. ab initio nascientes Ecclesie plurimæ factæ sunt reliquiæ honorificæ translationes: de translatione corporum SS. Petri & Pauli constat ex Cornelio Papa epistola 1. de translatione reliquiarum SS. Andreæ, Lucae, Timothei, constat ex Hieronymo contra Vigilium. innumeris alia honorificæ translationes a probatis auctoriis referuntur.

3. Deus reliquias sanctorum occultas & inco- Terti. gitas etiam miraculo manifestauit, ut patet ex Augustino lib. 9. confessionum cap. 7. de reliquijs SS. Geruasij & Protasij.

4. Probatur ex Patribus; Gregorio Nazianzeno oratione in D. Cyprianum: omnia potest pulvis Cypriani cum fide, ut sciret hi qui ipsi experti sunt. Et miraculum ad nos usque transmisserunt. Augustino epistola 103. ad Quintianum, portant sanis (scilicet latores epistola) reliquias beatissimæ & gloriosissimæ martyris Stephanii, quas non ignorat sanctitas vestris, & nos secundum, quam conuenienter honorare debatis, videri possunt Hieron. lib. aduersus Vigilantium, & Dam. lib. 4. de fide cap. 16. qui fusè hanc veritatem docent. videri etiam possunt plures Patres apud Bellarm. lib. de imaginibus cap. 3.

Prob. 5. ex perpetua Ecclesiæ consuetudine & praxi fidelium.

6. Prob. ratione. 1. ratio dictat quod non tantum sanctos & amicos Dei possimus honorare, sed etiam illa que ad eos pertinent; vnde non tantum corpora sanctorum possimus venerari, sed etiam illa que ex sanctorum contactu quandam dignitatem censemur sortiri. 2. corpora sanctorum fuerunt organa anima ad multa pietatis opera; fuerunt etiam organa Spiritus Sancti ad varia miracula patranda, & ad beneficia mundo conferenda. 3. futura sunt consortia beatitudinis & gloriarum anima. Post sacra omnia sacrificium & sacramenta, Deus nihil reliquit mundo utilius sanctorum reliquijs.

Notandum sacras reliquias non videri per se adoranda, ita ut interior submissionis affectus ad illas dirigatur, sed tantum eō modo quo supra diximus adorari imagines, ita scilicet ut nota quidem exterior immediatè reliquias respiciat, adoratio vero in spiritu tendat in Christum & in sanctos quorum sunt reliquiae, & per consequens tantum per accidens colantur. Ita tenent varijs qui nostram sententiam de adorazione imaginum sunt amplectati, & facile deduci potest ex fundo Thoma articul. 4. & Caietano ibidem: videri S. Thom. Leon. potest Leontius in actione 4. septima Synodi. Ratio

ARTICULUS V.

Vtrum Mater Christi sit adoranda adoratione latræ?

RESPONDET negatiuè, eò quod sit creatura.

Notandum si B. Virgo consideretur ut coniuncta Filio Dei, eam posse adorari latræ per accidens. Verum hic modus non est vistatus: cum enim habeat dignitatem per se adorabilem, videatur propter illam adorari, idque solum est quod videtur velle S. Tho. non vero vult quod nullo modo id fieri possit. Si vero consideretur ut Mater Dei, potest adorari hyperdulius, de qua dictum est art. 2. dub. 2. Potest similiter adorari excellenti cultu propter dona gratiæ habitualis, ut ibidem.

ARTICULUS VI.

Vtrum reliquiae sanctorum sint adoranda?

RESPONDET affirmatiuè: quia qui aliquem veneratur, veneratur etiam ea quæ ab illo post eius mortem relinqueruntur.

Notandum nomine reliquiarum intelligi non solum corpus & ossa sanctorum, sed etiam cines, vestes, instrumenta suppliciorum, & alia quæ ipsi suo usu quadammodo consecrarentur.

Tam antiqui quam moderni heretici hunc reliquiarum cultu sunt infectati: ut enim alios omittam, Eunomius eum impugnauit, quem fecerit est Vigilantius, contra quem agit Hieron. epistola 53. ad Riparium, pugnauit etiam contra easdem reliquias Constantinus Copronymus & plures alij, & Tim nostri temporis heretici.

Se. ade tenendum est sanctorum reliquias esse

adoranda, ita ut interior submissionis affectus ad illas dirigatur, sed tantum eō modo quo supra diximus adorari imagines, ita scilicet ut nota quidem exterior immediatè reliquias respiciat, adoratio vero in spiritu tendat in Christum & in sanctos quorum sunt reliquiae, & per consequens tantum per accidens colantur. Ita tenent varijs qui

notandum sacras reliquias non videri per se adoranda, ita ut interior submissionis affectus ad illas dirigatur, sed tantum eō modo quo supra diximus adorari imagines, ita scilicet ut nota quidem exterior immediatè reliquias respiciat, adoratio vero in spiritu tendat in Christum & in sanctos quorum sunt reliquiae, & per consequens tantum per accidens colantur. Ita tenent varijs qui

Ratio est eadem quæ pro adoratione imaginum vna cum prototypo est allata; quod scilicet res inanimæ non habent dignitatem adorabilem, si spectentur separatae à prototypo, nec possimus nos eis tanquam sublimioribus interiori affectu submittere.

Adiuste quod aliquid pluribus modis coniungitur sanctis, eò maiorem excitare devotionem; similiter quod aliquid pluribus modis sanctos representat; quia affectum vehementius excitat erga personam quæ per imaginem representatur vel cuius sunt reliquæ: & inde oritur cultus demissor, & levior, & intensor; illius tamen speciei quam persona adorata postulat. Id patet in adoratione crucis, in qua peperit Christus, quam magno fervore solem adorare & submissio adorations gener propter Christum representatum, & quia est imago, & quia illum contigit, & quia venerans guttis sanguinis ipsius est resperfa.

Contra resolutionem Obiectum 1. Luca 11. dicit Dominus: *V. a vobis qui edificatis monumenta propter eum: patres autem vestri occiderunt illos, profecto testificamini quod consentit operibus patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulchra.*

Resp. perperam hæreticos hinc concludere reliquias non posse coli, cum satis constet neque legi natura illicitum esse adificare alijs sepulchra, neque id fuisse Iudeis prohibitum, vt satis patet exemplis locis scriptura, Genes. vltimo, Isa. 11. & alijs; ex quibus patet esse laude dignum alios donare sepultura.

Id ergo Christus non vult reprehendere, sed potius insinuat contrarium: nam redarguit Pharisæos quod sub prætextu pij operis peruersum animum occularent, quasi dicere: quamvis sepulchra Prophetis adificeris & in eo videamini bene agere, merito tamen eis reprehendendi tantum imitatores patrum vestrorum (non quod sepulchra adificis) quia sicut illi prophetas occiderunt, ita & vos me prophetaret Dominum persequimini & vultis occidere, similiter & meos Apostolos, quod patet ex sequentibus. Hæc explicatio videtur patere ex Matth. 23. cap. vbi sententia clarissima ponitur: *V. a vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui edificatis sepulchra prophetarum & ornatis monumenta inferorum, & dicitis: si fuissemus indebatur patrum vestrorum, non effemis faci eorum in fangone prophetarum, itaque testimonio eis vobis metipissis, quia sibi eis eorum qui prophetas occiderunt. & vos complete mensuram patrum vestrorum, vbi Christus docet quod licet Pharisæi viderentur exterius factum patrum suorum improbare sepulchra erigendo Prophetis, reipsa tamen maximè probarent, eum & Apostolos persequendo.*

Dices apud S. Lucam in sententia citata habetur, quoniam ipsi quidem occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulchra, quibus verbis videtur reddi ratio illius quod immediatè ante præmittitur, profecto testificamini quod consentit operibus patrum vestrorum.

Resp. negando affirmatum, quia prædicta verba, quoniam ipsi quidem &c. non sunt coniungenda sententiae immediate præcedenti, sed sunt repetitione illius, quod initio dictum erat, *v. a vobis qui edificatis &c.* quam repetitionem constat scripturæ esse satis familiarem.

Obiectum 2. Apostolus ad Coloff. 2. damnat cultum voluntarium quem vocat *erubescere;* sed cultus reliquiarum est voluntarius, ergo.

Resp. 1. quod sit natura docentē esse honestum & rationi consonum, non debere vocari cultum voluntarium ad sensum Apostoli, cùm plura sicut licet quæ non sunt precepta. 1. ea quæ à Deo sunt instituta, licet relicta libera & circa villam obligatiōnem. 2. quæ ab eodem sunt approbata. 3. quæ mediante lumine naturæ declarat esse honesta. Ex Apost. his est cultus reliquiarum, qui à Deo est approbatus, vt patet ex veteri testamento, item ex innumeris miraculis per reliquias patratris, & ex eorum honorifica translatione & elevatione, idemque est maximè conformis rationi.

Resp. itaque 2. locum Apostoli nihil ad rem facere, quia ibi agit de cultu superstitioso in cibi abstinentia more Iudaico vel Gentilitio, vt patet ex toto capituli contextu.

Obiectum 3. in Concilio Ellobertino cap. 34. dicitur, *cereos per diem placuit in cæmetero non incendi: inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt: censet ergo Concilium malum esse cereos ante corpora sanctorum accendere.*

Resp. negando conseq. nam Concilium tantum videtur velle cereos non esse accendendos ex superstitioso ritu Gentilium, qui putabant cadavera mortuorum sentire & cereis illuminari, qui cultus merito dicit inquietare spiritus sanctorum, eò quod illis displicat.

Quidam etiam rationem referunt non ad spiritus defunctorum, sed ad fideles, qui his superstitiōibus perturbantur: hoc sensu, cerei in cæmetero per diem accendi non debent superstitioso ritu Gentilium, non enim debent fideles has superstitione perturbari. Consimili ratione August. videatur interdum improbare quod supra sepulchra mortuorum ponentur epulae, scilicet ritu Gentilitio in sacrificio: improbat etiam interdum ingurgitationes ad sepulchra mortuorum, non verò reprobatur religiosum cultum reliquiarum.

Neque similiter eundem reprobatur Hieron. lib. aduersus Vigilantium dum Vigilantio dicenti, *propri ritum Gentilium videmus sub prætextu religionis introducūm in Ecclesiis, sole adhuc fulgente moles cereorum accendi; ita respondeat ut videatur simplicitati quorundam adscribere quod cereos de die accenderent: solidum enim intendit docere non posse inde sumi magnum argumentum contra cultum reliquiarum; de cetero satis indicat id esse licitum, cùm epistola 53. ad Riparium agnoscat posse cereos accendi ante tumulos martyrum, dum querit; accensumque ante tumulos eorum cerei idolatria insignia sunt?*

Pro complemento dubij Aduerte cap. 62. Concilij Lateranensis sub Innocentio 3. decerni ut nemō presumat publicè venerari nouas reliquias seu de novo inuentas, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ, refertur *esp. cum ex eo de reliquijs & veneratione sanctorum, quod tam decretum est modisq; per Concilium Trid. scilicet 25. decreto de invocatiōne sanctorum &c. nam per illud decretum sufficit approbatio Episcopi adhuc Theologorum consilio, nisi quid gravius occurrat, sine qua approbatione ne quidem in Ecclesia exempla nouæ reliquias proponi possunt.*

Resp. prior. 115. Quid cultus voluntarius apud Apost.

Obiectio 3. Resp. posterior.

Obiectio 3.

Resp. 116. Explicatur Conc. Eliobert.

Augus.

Explicatur & D. Hier. in speciem contrarius.

117.

Lateran. Trident.